

**In hac die laudes**

In hac die laudes cum gaudio  
demus summi factoris filio.

*Refrén:*  
*Jacobe apostole sanctissime,*  
*nos a malis erue piissime.*

Hec est dies ceteris dignior,  
orbe fulgens, multis celebrior.

*Refrén*

Qua Jacobus scandit as angelos,  
splendens celo pangit Christi melos.

*Refrén*

Zebedei natus carissimus  
signa fecit mundo clarissimus.

*Refrén*  
Cecis, claudis levamen tribuit,  
auxilium omnibus prebuit.

*Refrén*

Te ultimo ergo iudicio,  
perducat nos in celi solio.

*CD: Miracles of Santiago, č.10*